



Stockflecke

P. f. 173

Theol. P. VIII. 367 641.

4
EXPLICATIO

ἑλεγκτικῆ

Evangelii Domin. IV.

Adventus.

P R E S I D E

Dn.

JOHANNES GERHARDO

DOCTORE ET PROFESSORE

THEOLOGO

Suo

*Patrono, Praeceptore & Fautore perpetim
honorando*

Ad disputandum proposita

à

SALOMONE GLASSIO

Sondershusino.

Ad diem XXI. Decembris.

ANNO M. DC. XVI.

J E N Æ

Typis TOBIAE STEINMANNI.

EXPLI
Evangelii Domini. IV.

Adventus

P a r t i e

De

JOHANNES GERRHARDUS

DOCTOR ET PROFESSOR
THEOLOGICUS

Sm

Prætor, Professor & Pastor perpetuus

Wittenbergæ

in Academia publica

SALOMONIS CLASSIO

Sonderhausen

Abbas VII. Ordinis

Anno M. DC. XVI.

J. E. N. B.

Theoria Trinitatis



ANNUENTE GRATIA ALTISSIMI.

THESIS. I.



T soli exorituro præire $\Phi\omega\sigma\Phi\acute{o}\rho\omicron\nu$ stellam videmus: Sic Christo Salvatori, Soli justitiæ *Malach. 4. v. 2. cuius ἀναστάνη ἐστὶν ὁ ἥλιος, Luc. 1. v. 78. καὶ φανερωσὶν ἐν σαραὶ 1. Tim. 3. v. 16. post triduum* expectamus, Baptistam hodie præire, & illustri admodum testificatione viam parare cernimus.

Quam eò accuratori consideratione dignam censemus, quò diligentius & ab Evangelista nostro describitur, & tum à Christo *Iohan. 5. v. 33. tum à Paulo Act. 13. v. 25. commendatur. Partes Evangelii* Evangelii duas constituimus, quarum 1. Judæorum legationem, *partitie.* 2. ipsam Johannis testificationem exhibet.

PARS PRIOR, DE JUDÆORUM
ad Johannem legatione.

- II. Legationis (quæ testimonii hujus causa $\alpha\pi\omicron\kappa\lambda\eta\tau\iota\kappa\eta$) *con-* 1. Legatio-
siderabimus & *circumstantias & personas.* Illarum tres occurrunt: *nt circum-*
1. *Temporis.* 2. *Loci.* 3. *Occasionis.* *stantia.*
- III. *Tempus indefinitè* ex antecedentibus: cum scil. plena & so- 1. *Tempus,*
nora voce de Messia jam exhibito Iohannes subinde testificaretur:
desinitè ex sequenti v. 29. Colligitur, pridie scil. ejus diei, quo Chri-
stus impletis 40. diebus, & consummata omni tentatione, ex de- 2. *Locus:*
serto ad Iohannem rediret. *Locus* insinuat & à quo & ad quem.
Ille Hierosolyma, unde legatio facta: Hic Bethabara, ubi legatio
expedita. illum ad subsequenter personarum $\delta\iota\gamma\mu\omicron\nu\iota\nu$; hunc in
epilogum Evangelii, ut suus textui constet ordo, rejicimus.
- IV. *Occasionem* legationis suppeditabant 1. *Temporis,* Messia 3. *Occasio,*
in vaticiniis Prophetarum, præsertim *Gen. 49, v. 10. & Dan. 9. v. 24. Temporis*
destinati implerit: id quod Iudæis erat haud ignotū: Quæ res etiā *impletio,*
fecit, ut pertæsi Romanorum dominii, & amissæ libertatis avidi,
de Messia liberatore cogitarent, ac Iohannem ob mirandam
nativita-

*Johannis
secessio.*

nativitatem & insolitum vitæ genus hoc dignari honore haud dubitarent. Accedente præferrim. 2. *secessione*, quàm à Patria Synagoga Iohannes fecerat, novo doctrinæ genere utendo, novos cultus instituendo, novum Baptismi Sacramentum, introducendo. Quibus totius populi oculos ita in se convertit, ut Messiam illum esse, non levem caperent conjecturam. Destinati igitur Legati, ut quisnam esset Iohannes, cognosceretur, & plebi dubitatio eximeretur.

II. Persona. V. *Personæ* commemorantur tam mittentium, quàm missorum. *Mittentiū.* Mittentes Iudæi sunt, ubi notandum, quoniam fuerint, tum in genere, tum in specie.

*Judæi qui
nā fuerint.* VI. In genere: Appellatio Iudæorum cœpit, cum regnum Israel captivitati Assyriacæ manciparetur; occurrit enim primum sub Achaz 2. Reg. 16 v. 6. Antea vocabatur domus Iuda 2. Sam. 2. v. 10. & 3. v. 10. Cui sub Roboam tribus Beniamim accessit, & vocabatur regnum Iuda, cui decem tribus Israel erant oppositæ 1. Reg. 12. v. 17. & 20. Progressu verò temporis appellatio facta est generalis eorū, qui ab Abrahamo descendentes, Mosaicam fidem profitebantur: Quibus eo vocari nomine non ingratum erat, quia ex tribu Iudæ Messias nasciturus promittebatur & sperabatur.

VII. In specie qui nam fuerint, ex loco patet. *Iudæi* ἐν Ἱεροσολύμοις ἀπέστειλαν. Ergo non ad promiscuam Iudæorum plebem, sed ad summum Hierosolymitanum συνέδριον (de quo 2. Paral. 19 v. 8. Deut. 17 v. 9. vulgò Sanhedrim dicto, cujus Iudæicæ gentis primarii erant Adfessores) seu ad 70. iudices ex domo Davidis, legatio hæc referenda, ut ex Nicol. Lyra, magnus Chemnitius annotat. Ex quorum Synedrium hanc ob rem congregatum, & universale, ut nos loquimur, populi hujus Concilium coactum, ibiq; sub deliberationem istud negotium vocatum fuisse, constat.

*Legatorum
descriptio.* VIII. Missorum observanda descriptio & instructio. Illa ex eo plana est, quod non ministros suos mittunt Iudæi, sicut Iohan. 7. v. 45. Matth. 22 v. 16. ad Christum; sed Sacerdotes & Levitas, eosque non idiotas aut gregarios, sed qui erant ex Pharisæis, v. 24. Unde de legationis gravitate, & Baptistæ Confessoris παρρησιαῖς iudicium potest fieri.

Instructio. IX. *Instructio* legatorum, seu finis propter quem mittebantur & finis le- his consistit in verbis: *ἵνα ἐπιστάσωσιν αὐτοὺς ἐν τῷ ἔθῳ.* Quæ Beza rectè vertit:

- VI. Donatus es donis septem Spiritus sancti, in Sacramento confirmationis. *Idem p. 45.*
- VII. Si es in statu matrimonii, honora Sacramentum tuum, in quo vivis. *p. 45.*
- VIII. Non solum non scimus de aliis hominibus, quisnam istorum verè pius sit, sed nec homo de seipso scit, utrum amore sit dignus, an odio. *p. 47.*
- IX. Potestas Diaboli per gratiam Dei sic alligata est, ut eum etiam parvi pueri nunc superent, atq; guttula aquæ benedictæ, signum crucis, aliæq; res consecratæ eundem fugant. *p. 48.*
- X. Hæreticorum omnium vita tam est execrabilis per carnalia peccata comestationum, libidinis, avaritiæ, superbiæ, ut honesti homines illorum hæresin detestentur ac reſurgant. *Ibid.*
- XI. Homo existens in gratia mæretur de condigno vitam æternam. *Dionys. Cartbus.*
- XII. Hæretici negant externam Ecclesiæ Catholicæ faciem, & eam è mundo ante aliquot secula periisse, impiè affirmant, invisibili quadam piorum & electorum relicta in orbe Ecclesiæ, quam nemo novit, nemo vidit, nec ipsi ostendere possunt, sed fingere non pudet. *Stapl. proms. mor.*

Ad Dn. Respondentem.

Ingenium tibi GLASSE dedit natura modestum
 Quod vitare parum, quod nimiumq; potest
 Quod neq; vel tumidum volitare per ardua cæli
 Culmina, nec timidum serpere gaudet burni.
 Sed nisi felice modum mediumq; tenere
 Pergit, & in bello commoda pacis amat: *Hæc*

*Hac tua, quæ misces, non sunt fera prælia Martis,
Nobile sed placida mentis & artis opus.
Victor ubi palmam referes, neq; gloria victum
Destituet, nunquam discere fraudis erit.
Sic igitur vincas miles, vincaris ut ipse:
Sic pugnes, pigeat ne retulisse pedem.
Alternare logos, & verba opponere verbis
Non decet, atq; rerum viscera nosse decet.
Quærere causarum momenta, reperta tueri,
Hostem compositâ mente ferire bonum est.
Ingenium decet ista tuum moderatio, parvi
Se, magniq; alios qui facit, ille placet.*

Johan Major D.

Inxagis

*U*m sacra baptismi mysteria pandis, &
imis
Errorum segetes ruis è radicibus: ò quâ
Laude veham, Glæsi, tua cœpta, virilia cœpta?
Ille mihi sapiens verè, qui vera tueri
Est potis, & dubios, obscura Sophismata, nodos
Ancipiti mucrone sacri secat ordine verbi,
Quod Patris è gremio *ἀγ* extulit: omnia ver-
bo
Sunt peragenda Dei: nudum latus hostibus ille
Objicit,

Objicit, hoc clypeo sine qui furialia miscet
Prælia. Tu verò præstabis utrumque secundis
Auspiciis, Glasi, magno ductore GERHARDO.
Quem si quis Bavius, vel Mævius oderit, idem
Haud scit amare Deum, nec commoda publica
curat.

Perge sub hoc tanto, Salomon, tolerare Magistro
Militiæ cœlestis onus, pia cernito facta
Sedulus, & primis mirare decenter ab annis.
Magnus eris quondam, Glasi, patriæq; salutis,
Atq; tuos multo cumulabis honore penates.

VVolfg. Heider. M.



verit: Ut interrogarent eum, quisnam ipse esset. Habebant scilicet in mandatis 1. interrogare quis esset: non origine, patria, familia, sed officio, dignitate, authoritate. 2. titulum Messiae ipsi, si se profiteretur talem, attribuere; sin minus, *Sarcinas* illi crimen intendere. Unde tale in animo versant dilemma: Aut Iohannes se Messiam profitebitur, aut non: si prius, recipiemus illum & ejus ope jugum Rom. excutiemus: sin posterius, ob secessionem à templo, & novitatem introductam reprehendendus, & tanquam apostata rejiciendus erit.

X. Ridiculus hic *Costerus* Iesuita est, qui ex hac legatorum quaestione, *Tu quis es*: non probationem quidem, sed allusionem fingit, & ad sacrum Eucharistiae Sacramentum accommodat: *Hec duo* (inquit) *ex Christo etiam querere potes, quid es, & quis? quando ante venerabile Sacramentum te prostraveris, considera & quere, quid es? quid hoc quod visco est conspectu, buccellane panis, ut gustus, tactus, & quidam hereticii suadent, an verò corpus & sanguis Christi &c. conc. 3. p. 45.* Quod quam sit coactum, & à textu peregrinum, cum quis videat, nulla opus solutione. Properamus igitur ad quaestiones.

QVAESTIONES EX HAC PARTE.

Quaest. 1. *In quaestionibus fidei quis iudex summus & ordinarius?* Bartschius ex ipsa hac ad Iohannem instituta legatione elicit, *quaestiones de religione tantum ad Sacerdotes, seu ad iudices ordinarios pertinere.* (rom. 1. conc. contr. p. 354.) Mentem ejus *Costerus* in hanc dom. p. 42. clarius proponit: *In Ecclesia sancta semper antiqua illa consuetudo fuit, ut ex omnibus mundi angulis Romam, ad S. Petri successorem, summum Pontificem venirent, ad habendam resolutionem in omnibus quaestionibus, aut omnium difficultatum in causis fidei &c.* Cramben hanc, à coquis Papalibus ad nauseam usque, in colloquio praesertim Ratisbonensi, coactam & recoactam, jam paulum apponimus, & illi, à legatione Judaeorum ad Pontificis Rom. autoritatem: *huic, à consuetudine particulari ad divinum jus non valere consequentiam, respondemus: Nostrae & Orthodoxae sententiae hae subster-nentes fulcra: 1. Quicumque errori est obnoxius, is controversiarum religionis Christianae supremus & absolutus iudex esse nequit: Supremi enim iudicis conditio est haec, ut ne in iudicando erret.* Atqui Pontifex Romanus, errori est obnoxius. Ergò &c.

Minor præter rationes & experientiam à Grefero in d. coll. Ratiss. f. 1. p. 50. probatur, ubi Pontificem in hæresin posse incidere concedit, II. Quem controversiarum iudicem summum & infallibilem agnoverunt Christus, Apostoli, & omnium temporum Orthodoxa Ecclesia, eundem & non alium hodiè tenemur agnoscere. At illi solum Spiritum sanctum per Scripturas loquentem agnoverunt talem. E. Minoris membrum I. probatur: quia Christus (α) ad magisterium Spiritus sancti, *Iohan. 14. v. 26. c. 16. vers. 13.* & Scripturæ sacræ *Iohan. 5. v. 39.* nos remittit. (β) Cum Diabolo disputans, ad eandem provocat, *Matth. 4. v. 4. 7. & 10. (γ)* idem facit cum Phariseis *Matth. 19. v. 4, 5, 6, 8. cap. 22. v. 44.* & Saducæis, *ibid. v. 31, 32, & 6.* II: Idem faciunt Apostoli, ad Spiritum sanctum in Synodo *Act. 15. v. 28.* & ad Scripturam *de iure* sæpius provocantes, III. Deniq; ab Ecclesia veteri Orthodoxa idem fuisse observatum, regula à *Constantino Imp.* conscriptis in Nicena Synodo Patribus præscripta, evincit: *Abjecta contentione, dissidiorum ac bellorum effectrice, è verbis divinitus inspiratis obsectorum accipiamus, Theodoret. lib. 1. Hist. Eccles. cap. 7. Gelas. Cycizen. in act. Concil. Niceni cap. 5.* Cui prædictis succedentibus seculis Antichristi Rom. audacia & potentia paulatim contrariam nefariè superinduxit.

Quæst. II. *An ex successione non interrupta Episcoporum, vera Ecclesia dignosci possit?* Inter fundamenta, quibus Ecclesiæ suæ veritatem & puritatem superstruunt Pontificii, & hoc est haud postremum: Quæcunque Ecclesia continuam successione Pontificum ab Apostolorum tempore demonstrare potest, illa est antiquissima & verissima. Atqui Pontificia, non Lutherana Ecclesia, ejusmodi successione demonstrare potest, Ergò. Sabulosum hoc fundamentum destructuri dicimus, in successione latere homonymiam: *Vel enim de nudis personis, vel de doctrina simul est accipienda. Si de nudis personis, concessa jam minore (quæ aliàs multis modis falsa) majoris falsitatem sic ex hoc Evangelio ostendimus: Si datur Ecclesia falsa, quæ habuit: & vera, quæ non habuit successione personarum continuam, sequitur, veræ Ecclesiæ notam eam haud esse. Sed prius est verum E. & posterius. Minor pater: I. Datur Ecclesia falsa, successione hæc gaudens. Mitterantur enim legati à Pontificibus & Phariseis Hierosolymitanis, qui successione ab Aarone demonstrare poterant *Matth. 23. v. 2.* Nihilominus*

minūs fures erant & latrones Iohan. 10. v. 8. Ab ipsis cavere jubetur Apostoli Matth. 15. v. 14. & 16. v. 6. Idem de Apostolorum successoribus Actor. 20. v. 29. & 30. & Ecclesia Græca, Constantinopolitana præfertim, de qua Niceph. l. 8. Chron. c. 6. statuendum. 2. *Datur & Ecclesia vera, & ali successione destituta*, ut in Baptistâ cum suis videre est, quem ab ordinaria, & æque doctrinâ, cultu, Ceremoniis, & templo Judæorum recessisse, tum ex hoc textu, tum ex tota ipsius historia adeò manifestum est, ut mirum sit, quosdam ex Jesuitis id negare posse. Si autem successio fidei & doctrinæ Apostolicæ simul intelligatur, minorem Jesuitæ nunquam demonstrabunt. Apostolos enim idem sensisse, docuisse, quod Pontificii sentiunt ac docent, adeò non potest probari, ut contrarium ex collatione doctrinæ Apostolicæ & Papisticæ sole meridiano clariùs appareat.

Quæst. III. *An hæretica pravitas inquisitio, (in Rom. curia sic dicta & visitata) necessaria sit & utilis? Quâ crudeliter hæcenus filius ille perditionis in falso dictos hæreticos sævierit, non sine summa animorū commotione fuimus experti; dum in Hispania, Italia, & aliis locis illorum argumenta non stylo, sed pilo, non verbo, sed ferro, non atramento, sed sanguine solvi & refutari vidimus. Hanc favitiam Abrah. Bzovius conc. 1. super hanc Dom. ex legatione Judæorum ad Johannem & quæstione, Tu quis es, astruere, & suis commendare non erubescit: mentem suam p. 30. ita exponens: Per hos (inquisitores) inquit, Italia, Sicilia, Hispania antiqua dogmata illibata resistentes pace florentissima ornantur &c. Quamvis autem inquisitionem aliquam ad religionem collapsam restaurandam, & hæreticos coercendum, Christiano magistratui minimè dissuadeamus: tamen extremam illam Tyrannidem, & cruentum in hæreticos animadvertendi modum modis omnibus detestamur. Rationes, quibus fidem suæ assertioni conciliare studet, hæc sunt: 1. Non nuper, sed olim à Deo tales instituti sunt fidei quæstiones; Pontificum hoc erat, qui semper sedulo, magis tamen in Iohannis innovatione id executi fuerunt, 2. vetus religio, & 3. pax publica sic conservatur. 4. Lex Dei observatur. 5. & exemplum Christi, tenentis ventilabrum in manu sua, ut emundet aream, & seceruat paleas à tritico &c. Breviter respond. ad 1. (a) quod nos cum Iohanne novitatis introductore, cum inquirentibus verò Phariseis inquisitorum suorum gregem confert, de eo nobis*

bis gratulamur, (θ) Rem ipsam concedimus (& hoc tantum probatur) modum tamen rei tam Saranicum averfamur. Ad II. 1. non simpliciter veteri, sed veræ religioni ferendum est subsidium: Pontificiam autem religionem talem esse, unde probabitur? Vera non est, quia à veritate ipsa, (Iohan. 17. v. 17.) longissimè recedit: Neque absolute vetus: antiquior enim nostra est, à primordio mundi in Ecclesia Dei sonans. 2. Cruentis hisce mediis religionem propagandam esse, unde dabitur assertum? Ex Christo hoc non fluit, quia nullū ejus in N. T. vel exemplum vel mandatum. Ergò ex patre Diabolo, qui ἀνθρώπων ἰσχυροὺς ἀπὸ θεοῦ Iohan. 8. v. 44. & καὶ ἡγοροῦ τοῦ ἀδελφῶν 2. v. 10. Ad III. idem responsum sit. Facienda mala non sunt, ut inde eveniant bona. IV. Lex divina ubi? Contrarium patet ex Vaticano Esaiæ, de Ecclesia N. T. sine cæde & sanguine propaganda. Esai. 1. v. 6. & 9. ex mandato Christi, zizania relinquere jubentis Matth. 13. v. 30. & civitatem incredulam desereri, non deleri præcipientis Matth. 10. v. 14. & Samaritanos infideles igne de cælo descendente ad votum discipulorum exuri, renuentis Luc. 9. v. 52. 55. ex admonitione Pauli, devitandos, non enecandos hæreticos, asserentis, Tit. 3. v. 10. 2. Tim. 4. v. 15. ex prædicatione ejusdem, de perpetuis in Ecclesia hæresibus 1. Cor. 11. v. 19. quas judicio discretivo (ut vocant) & ex Scriptura dirimi hîc licet, coæctivo & cruento gladio extirpari non licet: ex Apostolorum praxi, 2. Tim. 2. v. 17. 19. ex ipsa deniq; fidei natura, ad quam nemo cogi vel potest, vel debet, cum Deus populū voluntarium, Ps. 110. v. 3. & cultum spontaneum postulet. Ad V. Ab exemplo Christi triticum à paleis in extremo judicio ἀνακαταλείψεται, ad tam immanem & inhumanam tyrannideam nulla consequentia.

Quæst. IV. An Messias venerit? Iudæorum hodiernorum, Messiam adhuc expectantium cœcitati in hoc Evangelio fertur Collyrium. Ideò n. primores Hierosolymitani ad Iohannem mittunt, quia periodum Messiaæ adventui in Prophetis destinatam, jam dum evolutam esse in conscientiis suis sunt convicti. Et hanc ob causam honorem Messiaæ solenniter offerre Iohanni non dubitant. Id quod etiam, tàm alii, eo tempore maximo cum populi applausu sese pro Messia venditantes, de quibus Act. 5. v. 36. 37. Euseb. lib. 2. c. 2. cap. 6.

ε. 6. Ioseph. lib. 8. antiq. c. 1. & 20. c. 5. tūm ipsi nostri temporis Iu-
dæi horrenda sua abjectione liquidissime testatum faciunt. 1

PARS II. DE JOHANNIS

testificatione.

XI. Legatorum Hierosolymitanorum propositionem ipsa
Iohannis ἰμολογία & testificatio excipit, in qua duo Evangelii tex-
tus evolvenda suppeditat: 1. Quomodo sit testificatus. 2. De quo sit testi-
ficatus. Brevius: Modus & Materia.

XII. Modus consistit in v. 20. καὶ ἰμολόγησεν καὶ ἐκ ἠενησαστο, Modus te-
stificatio-
nis materia
Confessus est, quis esset, sed ita ut confessione sua non negaret Christum, sed
magis ipsum confiteretur. Alii: Confessus est, quid non esset, & non nega-
vit, quis esset. Coft. p. 49. In primo verbo confessus, significatur, quod Io-
hannes confessus sit, alium esse Christum, scil. Iesum: In ultimo denotatur, qua-
lem opinionem de seipso habuerit, utpote quod nihil esset. Nos cum Dr.
Chemnit. in Harmon. & Iansen. Comm. in Concord. Evang. c. 16. emphaticam
eiusdem sententiæ aliis verbis repetitionem esse dicimus,
(qualis huic Evangelistæ consueta est, & aliàs occurrit 2 Reg. 18.
v. 36. Psal. 40. v. 10. 11. 12. Esa. 38. v. 1. Ioh. 1. v. 3.) eamq; ad confes-
sionis Baptistæ modum sive formam transferimus, ut significetur
illa: 1. In removendo vulgi opinionem diligentia & ardor, 2. In
confitendo πνευματικῆς & libertas, 3. In respondendo constantia, &
omnis φιλοτιμίας absentia.

XIII. Materia (seu de quo fuerit testificatus) duplex est: Te-
stificatio-
nis materia
statur enim I. De seipso. II. De Christo. De seipso tūm καὶ ἀποκρίσιν seu objectum
vel negatè, idq; quoad personam: tūm καὶ ἰσχυρῶς vel affirmatè: idq; quoad J. Iohannes
officium: Et hoc tam γενικῶς quàm ειδικῶς in Baptismo consistens. ipse:
Omnia hæc per ἑπισημοῦς Legatorum, gradibus quibusdam distin-
ctas, & Baptistæ διακριτικῶς alternatim in texto tractantur. J. quoad per-
sonam.

XIV. Prima Legatorum questio, in personam Baptistæ inqui-
rens non exprimitur, sed ex subsecuta Joh. responsione intelli-
gitur: quæ talis: Num Iohannes sit Messias vel Christus? Invaluerat n.
illa de Iohanne opinio non apud vulgus solum, Luca 3. v. 15. sed &
apud Judaici populi primarios proceres. Respondet Iohannes, Iohannis
responsio.
ὅτι ἐγὼ εἶμι ἐγὼ ὁ χριστός: q. d. falsò defertis mihi hunc augmentum
Messiæ

Messia titulum, non sum is, nec agnosco hoc nomen, imò male me habet, aliquos concepisit eam de me opinionem, ideoq; missa ista facite, &c. *Chrystom.* (alleg. Barrad.) Iohannem non ad verba, sed ad mentem Judæorum responsum dedisse, ait, ut prima eorū fuerit eadem cum instructione quæstio: Tu quis es?

*Secunda
Legatorum
quæstio.
De adventu
Elia Pontif
ficiorum
dogma.*

XV. Repulsi ex primo dignitatis gradu Legati, mox delatuntur ad proximum, Elia tanquam præcursori debitu: hinc altera vice quærent, an sit Elia? propter vaticinij Malach. 4. v. 5. pravum intellectum. *Coster. conc. 3. p. 40.* inter duplicem Christi adventum Judæos distingere non potuisse asserit. 1. ut redemptoris. 2. ut iudicis: seu in humilitate & in majestate. Quod scriptum erat de secundo adventu, illos intellexisse de primo. Attipulatur huic Barrad. *conc. Evang. tom. 2. lib. 2. cap. 13. Franc. Lucas Brug. com. h. l. & alii* Sed 1. Falsum, in Malachia Eliam promitti quoad personam. Impletam enim ipsius Prophetiam in Iohanne fuisse, & Angelus Luc. 1. v. 17. & Christus ipse docet Matth. 11. vers. 14. & c. 17. vers. 11. 3. Marc. 9. v. 13. Instat Bellarminus: Elia, de quo Malach. secundum literam vaticinatus est, redibit ante novissimum Messie adventum, qui est eius vaticinatus. Sed Iohannes non ante novissimum, verum ante primum gratiosum adventum præcurrit. E. non est ille Elia, & p. c. expectandus alius. Majorem probat, quia dicitur dies magnus & terribilis Domini, quæ descriptio primo adventui non convenit, in quo mera gratia, Iohan. 3. v. 17. Sed. 1. Ioël. 2. v. 2. tempus primi adventus eodem fermè modo describitur, Petro interprete Act. 2. vers. 17. 2. Malachias ipse c. 3. v. 2. de primo Christi adventu sic loquitur. 3. Fuit primus Christi adventus salutaris resp. divini consilij, de quo Iohan. 3. v. 17. Luc. 7. v. 30. Tit. 2. v. 11 & c. & respectu credentium, sed horribilis fuit induratis Judæis, quibus funestum excidii diem attulit. II. Corruunt hinc Pontificiorū Iudaizantium fabellæ, quib. Eliam & Enochum ante novissimum diem in has terras redituros sperant. Bell. l. 3. de Roman. Pontif. c. 2. & 8. Ribeira in Apoc. Sciopp. de Antichristo. Vide latius de his differentem Dn. D. Bras. diss. 2. Contranovos Fanaticos: thes. 33. & 34.

*Judeorum
sententia
de Elia re-
dituros*

XVI. Rejcta igitur ista opinione simplicius dicitur, illos non distingere potuisse inter Eliam persona & spiritu vel officio: Verisimile enim est, (ut ex Interpp. annotat Chemnit.) quod ex Malach. 4. extruxerint traditionem, quod Elia Thesbites, cum alio quodam Propheta (En Papistas uterinos Judæor. fraterculos) vel eodem



& recte Iohannem id negasse. Sic & *Barrad. Iauf. Nonnus & c.* Quibus favere videtur connexio inter hanc Iohannis *ἀγνοῖν* & v. 28. disjunctiva: Non sum Propheta (à longè Messiam prænuncians) sed vox clamantis, præcursoris, viam ipsi parans. V. *Alii* existimant, quæstionem Legatorum id velle, an scil. Baptista talis Propheta sit, qui non solum Doctor, sed & Gubernator Politicus futurus, & Romanorum jugum à Judæor. cervicibus excussurus esset. Quales Prophetæ erant *Moyse*, contra Pharaonem insurgens: *Exod. passim. Samuel*, Saulem deponens. *1. Sam. 15. v. 23.* & *Agagem* trucidans, *Ibid. v. 33. Eli*, Baalitas interficiens, *1. Reg. 18. v. 40. & Ahazæ* legatos igne coelitus delapso tollens, *2. Reg. 1. v. 10.*

*Johannis
responsio.*

XX. Ut ut verò hoc se habeat, Iohannes constanter ἀποφαινεῖ suæ responsioni insistit: *Non sum Propheta.* Nulla ergò pugna est inter hoc, & elogium Zachariæ *Luc. 1. v. 76.* & Christi *Matth. 11. v. 9.* Iohannem Prophetam, imò plusquam Prophetam esse asserentium. *Illud* enim propter vaticiniorum in Iohanne consummationem *Matth. 11. v. 13. hoc* verò propter præsentis Christi demonstrationem *Iohan. 1. v. 29.* ipsi assignatur.

*Quoad
officium,
In genere.*

XXI. Hactenus κατ' ἀγνοῖν, quis non sit quoad personam, Iohannes sese explicuit: nunc ad ulteriorem Legatorum instantiam quis sit vocatione & officio κηρυχτικῶς declarat. idq; *I. In genere.*

Quæstio.

XXII. *Quæstio* Legatorum ποτὶ τίς: constat, τίς εἶ, quis es, scil. ministerio & vocatione: Et: τὴ λέγεις πάλαι σαυτῶ, q. d. si te Messiam, vel Eliam, vel Prophetam esse negas, quid ergò dicis tandem de teipso? Et *αἰτίη*: ut responsū demus iis, qui miserunt nos. Conantur enim

*Responsio.
Vox clamantis.*

jam ipsum terrere auctoritate eorum, à quibus missi erant. *In responsione* Baptista *I. explicat suum officium:* ἐγὼ φωνὴ βοῶντος, vox clamantis. Verba obscuritatem aliquam sapiunt, quare vel subintellegendū βοῶντος scil. deū vel Verbi incarnati, *gl interl.* ut sit notatio ministerii Iohannes, quod scil. tantum vocis ministeriū præbeat, ipse autem Deus per Iohannem clamat; Ut de ministerio in genere Christus *Matth. 10. v. 20.* & Paulus *2. Cor 5. v. 19.* ex *Esa. 59. v. 21.* loquitur. *vel* vox clamantis scil. viri, quam explicationem h. *I. & in versione* vaticinii *Esa. 40. v. 1.* sequi videtur *Lutherus:* *Es ist eine Stimme eines Predigers in der Wüste. Vel* clamantis pro clamans, more Hebræis usitato, positum esse dicendum, ut sit meton. effecti pro causa; sum vox, id est, sum concionator clamans. *(Sicut*

Alor.

Act. 9. v. 15. Vas electionis, id est, electum *Esr. 2. v. 13.* Vir ingenii, id est, ingeniosus *Psal. 5. v. 7.* vir sanguinum & fraudis, id est, sanguinolentus & fraudulentus &c.) Et sic ad sedulam officii executionem respectus habetur, qua Iohannes publicè, sonorâ voce, magna cum gravitate, eximio zelo & insigni autoritate, hoc est, sicut Gabriel inquit, in Spiritu & virtute Eliæ doctrinam suam proposuit, secundum illud *Esa. 58. v. 1. Granat. Conc. r. super. h. d.* Sic explicat: *Non est sensus: Ego sum vox, sed ego is sum, quem Esaias Prophetâ in Spiritu audivit, cum dixit vocem se audire clamantem in deserto: Parate viam Domini &c.* Alii: Iohannes dicitur vox: 1. Quia Christum *Abys.* ceu vox verbum præcessit. 2. Quia oriente Christo Sole iustitiæ ipse obscuratus: ceu vox durante verbo cessat. 3. quia sine *τῷ Ἀβύσ.* efficacia ipse inanis & sine mente sonus: ceu vox sine verbo. *ἐν ἐρήμῳ.* In textu Prophetæ Hebræo sequentibus videtur hoc annecti: *In deserto parate semitas esu:* Ut à verbis illis incipiat *ἠρῶσιν ὁ ποταμὸς* seu verba Iohannis Baptistæ per mimesin recitata. Communitè & simplicissimè ad præcedentia hæc parabola refertur, quod vox illa in deserto clamer: & sic locus ministerii Iohannis noratur, *Matth. 3. v. 1. ἐδδάτε, dirigite, rectam facite &c.* *Preparare:* Hebr. *expurgate*, Syrus *ἰψῶντ* complanate *æquabilem reddite.* *τῶν ἰδῶν* *Kufis* (Christi, Messia). Refertur hoc potest *τ*, ad homines, & est allegoria metaphorica à subditis, qui adventanti Domino viam parant, ut absque impedimento possit ingredi: Ita enim & nos corda nostra per pœnitentiam ad excipiendum Dominum nostrum Christum, præparare debemus. 2. *Ad Iohannem*, cuius officium erat viam præparare Domino, *Luc. 1. v. 17. & 76.* Non quoad totum ministerium disponendo saltem homines ad salutem, nec actu per Baptismum & prædicationem salvando, ut vult *Bellarmin.* sed quoad partem ministerii, videlicet prædicationem pœnitentiæ, ut ostendit series textus *Matth. 3. v. 2. 3.*

XXIII. 1. *Confirmat hoc testimonio Esa. 6. 40. v. 3.* Ideo *r*, ne id, *Cur Esaiâ* quærat, vel privata, vel humanâ autoritate sibi arrogare videretur, *testimonio* 2. ut suam vocationem ita probaret. 3. Ut ostenderet, officium suum esse non sacrificare, non politica tractare, sed Messia præsentiam viam parare. 4. Ut simul ex Scriptura demonstraret præsentiam Messia. Malè ergo *Bucerus* (*Comment in Iob.*) vaticinium *Esa. 40.* principaliter ad liberationem populi Iudaici ex Babylone refert, *Iohannem* autem:

autem rectè ad suam prædicationem transtulisse ait, quia salus illa umbra fuerit salutis per Christum parva, & quia semper minus Dei beneficium admonet majoris. Melius Oecolamp. (in Iohann. p. 24.) Nos fidem Evangelistis omnibus habemus, qui uno ore in Iohannem dictum volunt, quasi dicat, hoc dictum verè in me impletum est &c.

*Ex specie.
παρὲνθεως
injerit.*

XXIV. II. In specie de officio in baptizando consistente cum legatis nunc agit Baptista. Ubi *ἱ. παρὲνθεως* quædam Legatorum religionè describens, ab Evangelista interseritur: Et qui mihi fuerant, erant ex Pharisæis. Orig. in Ioh. hinc arbitratur, Legatos quosdam fuisse Sacerdotes & Levitas, alios Pharisæos, duasq; legationes factas, alteram à Judæis, alteram à Pharisæis, Nonnum etiam doctissimum Paraphrasten h. l. ita legisse, putat Casaub. not. sup. h. l. nempe: ἦσαν δὲ ἀπεσταλμένοι καὶ ἐκ τῶν Φαρισαίων. Sic n. ipse habet paraphrasis: καὶ Χῆρ & ἀπὸ ἀπὸ ἀμαρτωλῶν Φαρισαίων πέμπει. Sed gratis hoc dici, & sine causa connexio historię interturbari videtur: Sacerdotes enim & Levitæ (quoad officium) poterant simul esse religione sectavè Pharisæi. 2. Quæstio legatorum est: Quid, id est, quæ auctoritate baptizet, cum nec Christus sit, nec Elias, nec Propheta? q. d. Baptizare, h. e. effundere aquas mundantes tempori Messie convenit (ad id enim refertur Ezech. 36 v. 25. Zach. 13. v. 1.) Unde igitur tu, cū non sis Christus, imò nec Elias, nec Propheta, baptizandi auctoritatem tibi sumis? 3. In responsione notanda connexio & explicatio. Connexionem cum Legatorū quæstione, Iansen. comm. in cont. Evang. c. 16. talem ponit: Ego baptizo vos tantum aqua, ac proinde nihil facio, quod non possit non competere etiam qui neq; sit Christus, neq; Elias, neq; aliquis Propheta. Sed sapit ea Baptismi Iohannis à Baptismo Christi divulsionem. Simplicius ac verius dicitur, illum συγκριτικῶς, respondere de differentia inter suū & Messie personam, inter suum fluminis, & Christi fluminis Baptismum. Quo innuit: se jure baptizare, & mandato divino, cum sit præcursor illius, qui baptizaturus sit Spiritu sancto. Illorum igitur quæstionem insufficientiæ ἐπαριθμῶσιν arguit.

*2. Explicatio.
αποτάξις*

XXV. Explicatio tūm in πρῶτῳ ἑκφραση, tūm ἀποδόξῃ implicita occupatur. πρῶτῳ: ἐγὼ βαπτίζω ἐν ὕδατι. Non confert suū baptismū aquæ, cū baptismo aquæ qui à Christo datur, (Christus enim neminem baptizavit aqua Ioh. 4. v. 2.) per Apostolos, sed vel di-

versa baptismatum genera, Fluminis & fluminis enarrat, cujus
 prioris in *νεροῦ*, posterioris in *δαδου*, sit mentio: vel in eodē
 baptismo suo inter suum ministerium, & Christi per illud effica-
 ciam distingvit, quæ differentia in aliis etiam ministris locum ha-
 bet. *Ex Juda*. Hebraismus: nam Hebræi literam *ד* quæ respondet
 Græcorum præpositioni *ε*, nominibus præfigunt ad notandum in-
 strumentum. Sic *Matth. 3. v. 11. Iohan. 1. v. 33. Δαδου* propter
 crebram Iohannis hac de re prædicationem omittitur (etsi in qui-
 busdam exemplaribus haberi notat *Fr. Luc. Brugens. & Casaub. in*
h. l.) accersenda ex *Matth. 3. v. 11. Marc. 1. v. 8. Luc. 3. v. 16. Ille bapti-*
zabit vos spiritu sancto & igne. Intellegitur autem per istum baptismū
 Spiritus. I. *Principaliter & proprie* effusio Spiritus sancti visibilis, in
 festo Pentecostes: Quam explicationem I. futuri temporis nota,
Παλιος: 2. à *Matthæo* addita *ignis* particula: 3. *ἐν Πεντες* *ἡμέ-*
ρας Christi *Act. 1. v. 4. & 5. τὴν* Petri *Act. 1. v. 16. 4.* denique
 ipse eventus *Act. 2. v. 3.* fundatam reddent. II. *Secundario* invisibi-
 lis, qua quotidie donat credentibus communia Spiritus S. dona,
 per auditum verbi *Gal. 3. v. 2.* & in baptismo aquæ *Tit. 3. v. 6.* Quo-
 modo & in Iohannis baptismo Spiritu S. baptizavit: neq; n. in
 futuro tantum Iohannes loquitur, sed etiam in præsentī *Iohan. 1.*
v. 33. Vocem *ignis*, malè *Beza* de interiori baptismo, omnibus ele-
 ctis communi, (ut & Spiritus S. baptisma) exponit, Malè *Æthio-*
pes (quos hodie *Abyssinos* vocant) hinc, igne baptizatos inu-
 runt, quod annorat idem *Beza*: Malè ac superstitiosè *Ponrificii* ce-
 reos accensos baptismi ritui adjecerunt, Eandem vocem *Cajetan.* &
aut. op. imp. homil. 3. de tribulationibus exponunt. Confer illud
 Christi *Luc. 12. v. 50. Eccl. 2. v. 5. Hilar. can. 3 in Matth.* de igne ex-
 tremi iudicii: *Orig.* de igne purgatorii: *Alii* de Spiritus efficacia il-
 luminandi, purgandi, accendendi &c. *Simpliissimè* verò ad Spiritus
 S. visibile baptismū (de quo paulò antè accommodari potest, quod
 complementum ostendit *Act. 2. v. 3.*

Sandhoras

Baptisma Spiritus.
I.

II.

II. *Tesifi-*
catio de
Christo.
I. *ratione*
presentia
Interpretat-
tio.
I.

XXVI. Hucusq; quid de seipso Iohannes testatus fuerit, vi-
 dimus: De Christo profert testimonium I. *Ratione presentie* seu
 exhibitionis. 2. *Ratione Personæ.* Exhibitionis *Messia* Christi, iis
 verbis mentionem facit: *In medio vestrum stetit (quidam) quem vos*
nescistis. Quod aliqui interpretantur: *Conversatur inter vos, tan-*
quam

quam Junus ex vobis, habitu inventus; ut alius quispiam homo
Philip. 2. v. 7. ideo vos non novistis ipsum, quis & quantus sit: Ego
 vero ex voce paterna & Spiritu descendente novi ipsum &c. *Lu-*
dol. & Dion Carthus. exponunt etiam de Christo secundum divinita-
 tem, secundum quam stat, h. e. firmiter invariabiliterq; subsistit,
 & medius est in omnib; rebus creatis, & tamen nemo scit eum, quia
 invisibilis. Sed coherentia textus hanc non admittit interpreta-
 tionem. Nonnulli id referunt ad historiam, quæ refertur *Luc. 2.*
v. 46. sed parum accommodatè. Simplicius Lutherus vertit: *Et ist*
mitten vnter euch getreten / q. d. non amplius de venturo Messia
concionor, prodiit enim in publicum sive in medium, & manife-
status est, etsi illum non novistis. *ἐς μέγαν*, stetit, h. e. stat: *ἐς μέγαν*
 enim significationem presentis habere, ex plurimis locis li-
 quidò apparet, ut *Luc. 8. v. 20. Act. 1. v. 11. Rom. 5. v. 2.* & alibi sæpè.
Cost. stetit, non quiescens (sedens) sed paratus ad faciendam vo-
 luntatem Patris, 2. stat ad auxiliandum, ut Stephano.

2. Ratione
 persona quæ
 describitur.
 1. Ab eter-
 nitate Sen-
 tentia Tho-
 ma.
 Explicatio
 vocabuli
 ἐμπροσθεν

XXVII. Persona *Σαρκωτος* Christi à Baptista testante describitur:
 I. Ab aternitate: ὁ ἐμπροσθεν μου γέγονεν. Thom. in comment. *Iob.* (re-
 ferente Barrad. tom. 2. l. 2. c. 12.) hæc verba explicat de sapientia &
 rationis usu perfectò, quem Christus ante Iohannem (licet post eum natus) in
 primo statim conceptionis puncto habuit, secundum illud *Ier. 31. v. 2. Mulier*
circundabit virum. Sed à textu hæc longius aberrat explicatio: Quæ-
 rendà igitur alia ex significatis voculæ ἐμπροσθεν, quæ recenset in
 Harm. Chemnit. 1. significat paulò antè, sicut de Iohanne usurpa-
 tur *Marc. 1. v. 2.* quæ ab hoc loco aliena. 2. significat coram, in con-
 spectu alicujus, ut sit Adverb. Loci. Et ita sensus esset: Qui post
 me venturus erat, & manifestatus est, jam in conspectum meum
 venit: sed *v. 15.* hujus cap. hæc explicatio non convenit, ubi at-
 texitur: Quia prior me erat. 3. significat ante, ut sit Adverb. Tem-
 poris (latè sumto termino, prout opponitur Loco) vid. 1. *Paral.*
ult. v. 25. 2. *Paral. 1. v. 12.* Hanc sequitur Lutherus *Der vor Mir ge-*
wesen ist: Et approbat D. Hunn. in h. l. ut & Nonnus in paraph. 4. si-
 gnificat præ, ut sit particula ordinis, *Gen. 48. v. 20.* Jacob Ephraim
 posuit ἐμπροσθεν ἑξ Μανασσε, id est prætulit ipsi imposita dexte-
 ra. Et hæc significatione Beza vertit: Antepositus est mihi. Tremell.
 Prelatus est mihi. Chrysost. ita explicat. Qui post me venit in manifesta-
 tione seu inauguratione, effectus est me anterior seu superior, seu mihi præla-
 tus est.



est vocatione & potentia: quia praestantius officium accepit: Melioris
 enim testamenti mediator factus est. Convenit hæc explicatio tum
 cum eo, quod reliqui Evangelistæ habent, fortior me est: tum cum
 sequentibus verbis, cujus ego non sum dignus &c. in quibus se
 humiliando dignitatem Christi extollit; tum maxime cum parti-
 culis in v. 15. & 30. αὐτὸς πρῶτος: Quia prior me erat: Ut sit connexio:
 Prælati est mihi Messias, seu dignitate me præstat. Ratio: quia
 prior me erat, non dignitate, ut vult Beza (quia 1. hæc ante ex-
 posita, & 2. nulla esset connexio. 3. & particula ἢ idem compro-
 bat,) sed, ut Verbum in principio Iohan. 1. vers. 1. & æternus Deus.
 Unde & Syrus hic habet vocabulū ܡܪܝܢܐ quod inter alia significat
 primū antiquū, imō & æternum. Ex duabus ultimis significacionib. *Quomodo*
 utram retineamus, Deitati Christi fertur testimonium. *Christus*
 ante Iohannem est, scilicet secundum Deitatem, quia æternus Deus: *sit ante Io-*
hannem?
 Posteriori prælati est Iohanni sc. dignitate, quæ dignitas ex ma-
 jestate æterna fluit. γέγονεν. Anceps est significacione & ad fieri &
 ad esse vel existere. *Illius exempla Ioh. 1. v. 3. c. 2. v. 9. Gal. 4. v. 4. Roman.*
 1. v. 3. Huius Ioh. 1. v. 6. Luc. 24. v. 19. occurrunt. Utraque significatio
 hic habere locum posset: Prior non sensu Arriano, sed paulò supe-
 rius exposito: Interim posteriorem, si tertiam velimus expositionē,
 commodiorem putamus.

XXVIII. II. A nativitate: ὁ ἀπὸ τοῦ ἐξ ἄνω τοῦ οὐρανοῦ ἐκείνου Πιστὴ ἑρβ. ita expla- *2. A nati-*
 nat: Qui pone me venit, id est, qui me sequitur, tanquā discipulus præceptorē. *vitate.*
 Confert hunc locum: cum Ioh. 8. v. 12. quem Syrus iisdem planē
 verbis reddidit, quibus hunc: nempe istis מִן הַיָּמִין אַחֲרַי, id
 est, qui post me venit, qui me à tergo insequitur. Sic Matth. 10. v. 24.
 Sequitur autem Christus Iohannem. 1. ætate & natalibus. *Quomodo*
 2. miraculis & docendi ordine Ludol. Carthus. ex Remigio quinque *Christus*
 modos recenset, quibus Christus post Iohannem venit: Nascendo, *Iohannem*
 predicando, baptizando, moriendo & ad inferos descendendo. (ubi mem- *sequatur.*
 brum quantum ad limbum respiciens improbandum) III. A dignita- *3. A digni-*
 te collatione minoris. Non sum dignus calceamentorum corri- *tate.*
 giam solvere (Matth. 3. v. 11. calceamenta portare, quod cum hoc
 sensu convenit) Syntaxis in græco subobscura, propter verborum
 traiectionem; Pronomen verò αὐτὸν redundat ex more Hebr. cum
 præcesserit & in principio sententiæ. Sensus est, se non esse dignum
 (vel in arduis sufficientem & idoneum, Matth. 3. v. 11.) inter servos
 ejus

ejus vilissimum locum obtinere, & infamum servitutis obsequium præstare; Tantum adest, ut illius titulum sibi arroget.

Allegoria.

I.

XXIX. Allegorias hic enim *Ambr. l. de virg. c. 14. Gregor. homil. 7. in Evang. Greg. Nazianz. in orat. in sancta lumina*, rextunt nonnulli, in primis *Salmeron p. 156. Coster. cont. h. Dom. Barrad. 2. l. 2. c. 15. & Ludol. Carth.* quibus per calcamenta humanitas, per pedes Deitas, per corrigiam unio calcamentorum, scilicet anima & corporis ad Deitatem (unio personalis) designantur: cuius mysterio explicando sese agnoscat *Johannes non esse sufficientem & dignum. Theoph. Luc. 3. & Matth. 3.* per calcamenta

II.

duos Christi descensus intelligit, alterum è caelis in terram, alterum è terra in infernum: hos non potest portare præcursor, intelligere non valens, quomodo facti sint &c. *secundum eundem in*

III.

Marc. Johannes, qui omnium aliorum solvebat per penitentiam corrigiam calcamentorum, hoc est vinculum peccatorum, Jesu corrigiam non voluit solvere, quia in eo non invenit peccatum.

IV.

In hunc sensum etiam *Barrad. d. l. Calcamenta* exponit per opera mortua & carnalia, quia ex pelle mortui animalis fiant. Sed de ejusmodi distortis & coactis allegoriis quid sentiendum sit, alias docetur, & earum *seculorum* quivis videt.

An Christus calceos gestavit?

XXX. Neque majoris momenti est illa quaestio, de qua hoc in loco adeò solliciti sunt Pontificii, *an Christus gestavit calceos? Lyranus, Ludol. Carth. Pepin. Salm. & alii* negativè subscribunt; *Modus est loquendi* (inquit *Saba. d. l.*) *nec enim Christus calceos portavit, Rariunculas* ibidem addit hæc: 1. *Quia usum calceorum apostolus interdixit. (An Christus quæ docuit, eadem fecit, Act. 1 v. 1. addit Dion. Carthuf.)* 2. *Esus pedes à peccatrice & Maria sorore Marthæ uncti sunt unguento: quod fieri non potuisset, si fuisset calcatus.* 3. *Omnem humilitatem pro nobis assumpsit. 4. Luc. 7. v. 44. Iesus ad Simonem ait: Non dedisti aquam pedibus meis? Si autem calcatus erat, quorsum abluendis pedibus aqua opus? Costerus ad affirmativam magis inclinat, alitruens, certo aliquo modo fuisse calcatum Christum, ut ima pedis, etsi non summa solea protegeret corrigiam adstricta, ad similitudinem Capucinorum. *Marc. 6. v. 9. Act. 12. v. 8.* Sed recensere verba hæc in re sufficiat: Tanti enim est ponderis, ut ei immorari sit & tempus & chartam perdere.*

Legatorum discessus,

XXXI. Notanda hic *ἐπιπέλας* Judæorum, sordidia, qui cum audissent, Messiam inter eos versari ignotum, non rogant, quis

quisnam sit, ubi nam vitam agat? quomodo agnosci possit &c. sed
expositis iis, quæ habuerant in mandatis, quasi re bene gesta, & de
Messia parum solliciti, discedunt.

XXXII. *Epilogum* historiarum nostrarum circumstantia loci, quo *Epilogus*
testificatio hæc Baptiste contigit, superaddit: Cujus ideo *Evangelii*
fit mentio. 1. Ut res fide dignior. 2. ut testimonium sit illu-
strius, non occultè, apud paucos homines, sed in publico loco
in turbæ frequentis concursu prolatum. De hoc verò lectio-
num discrepantia occurrit: inter quas excellunt illæ duæ, *De loco, ubi*
quod quidam *Bethabara* legunt, quidam *Bethania*. Illam com- *Johannes*
muniter nostri, & accuratior (secundum Theophyl.) codices *baptiza-*
retinent, ut & *Beza*, *Piscator Herbora*, &c. significat autem *bat, lectio-*
Bethabara, domum transitus seu trajectus, quod ibi fluvius *num divers-*
danis traiceretur, atq; filii Israel ex *Agypto* in terram *Canaan-*
tendentes, per locum istum transferint. Et hinc iste locus baptismi *stias,*
Johannis administrationi perquam videtur convenire. Hanc se- *I.*
quuntur *Regia Biblia*, *Latina cum Syriaca versione*, *Nemus in Paraph.* Sic *Bethabara,*
& in omnibus vetustis codicibus, ut & a *Cyrillo* legitur, annotante *II.*
Beza: Videtur etiam antiquior *Casaubono not. h.l.* qui illam alteram *Bethania.*
ab iis esse profectam arbitratur, qui *Chrysostr.* secuti, locum conse-
runt esse emendandum, cum *Bethania* non sit *πεγειν ιοεδάου*, sed cis
Jordanem. Quorum objectioni respondent *Barrad.* & *Lud. Carib.*
duas ponendo *Bethanias*, unam citrà (de qua *Job. 11. v. 1.* quam
tamen ex hoc ipso loco, non certum vicum, sed totum aliquem
tractum fuisse, putat *Beza in Act. 1. v. 12.* cum addatur *εν κέλευθ* *Mé-*
gias &c. quasi hic vicus ab aliis in eodem *Bethanias* tractu sitis di-
stingeretur) alteram ultrà Jordanem. 2. Ipse *Casaub.* ex vocula
πέγειν, de qua *th. seq.* Conciliationem *Barrad.* talè instituit, ut dicat,
locum hunc fuisse binominem, & *Bethabara*, & *Bethania* dictum.
Huic astipulatur *Christianus Adrichomius* *Theat. terra sanctæ*, *Bethabara*
aliàs *Bethaniam* dici, quamvis mendosè *Epiph.* legit *Bethanara*,
(id est domus verbi, seu prædicationis) *Hieron.* (citante *Salveron.*)
Bethaba. Sed parvi hæ sunt momenti.

XXXIII. *Πέγειν ἰοεδάου*. Binas significaciones habet, vocabu- *De vocula*
lum *πέγειν*. 1. Ut plurimum significat *Trans ultra*, &c. 2. Interdum *πέγειν.*
juxià, secundum, ex Hebræorum idiotismo, suum *רצו* ità usur-
pantium. Exempla sunt *Deut. 1. v. 1.* *Matth. 4. v. 15.* (conf. *Esai. 9. v. 1.*)
Matth. 14. v. 22. Confer huic *Marc. 6. v. 45.* ubi exprimitur locus,
quod

quod iussit Christus suos discipulos sibi præire, nempe Bethsaidæ, quæ cum eremo & Capernaum, ad idem latus (in eadem ripa lacus Genesarethici) sita est. Hoc loco verò quomodo vertendum? *Bethabara* Ex situ loci hæc de re iudicandum. I. Bethabaran non ultra, sed cis *na ultra* Jordanem, respectu Hierosolymorum, sitam fuisse, asserunt *Pischa* *Herborn.* & *Beza in h. l.* cum ejus in tribu Ephraim, & proinde cis *Jordanem* *fiat.* Jordanem, mentio fiat, *Iud. 7. v. 24.* Contra *Adrichomius* hanc, *Jud. 7.* in dimidia tribu Manasse cis Jordanem collocans, ab ipsa altera (ubi Iohannes baptizabat) purat diversam, quæ ultra Jordanem collocat, *Vid. Tabul. tribus Ruben, p. 127. sub Inqes.* huic est *Bunting. in Itinerar.* Juxta illos igitur, secundum Jordanem, vel in ripa Jordanis: Juxta hos verò ultra vel trans Jordanem vertendum foret, quod posterius & vulgata versio & *Lutherus* sequuntur. II. Qui verò Bethaniam legunt, præferim *Casaub.* commodè hic & intra *Iob. 10. v. 40.* verti posse putant, juxta vel secundum Jordanem. Et sanè (ad idem) prædixit Iohannes in eremo *Iudææ* sic propriè dicta, cujus fines ultra Jordanem non pertinebant. Ideo etiam dicuntur, qui ad Iohannem veniebant, venisse *Ἰν τῷ ἵερῷ*, nusquam facta irajeci ab iis Jordanis mentione. *ὄν τῆν βαπτιστῆρα*: Erat baptizans, i. e. baptizabat, ut *Luc. 3. v. 33. Act. 1. v. 14.*

XXXIV. Baptismum autem administrabat Iohannes, in fluvio Jordanis, propter typos: Naamani in hoc à lepra purgati *2. Reg. 5. v. 14.* Israelitarum, per hunc terram promissionis ingressorum *Ios. 3. v. 17.* Iosue in hoc exaltari à Deo cæpti *Ios. 3. v. 7.* In Bethabara, propter copiam 1. aquarum, 2. hominum, ibi fluvii trajiciendæ gratiâ Indies concurrentium.

QVÆSTIONES EX HAC SECUNDA

PARTÆ.

Q. 1. An in iudicio vel in casu confessionis æquivocationibus uti, ac veritatem occultare liceat? Itæ quidem licere sibi existimant *Elavice*, quorum hi sunt flosculi: Aliquando licet uti æquivocatione, & decipere audientem &c. Item: Quærenti iudici, fecistine illud? Respondeat, non feci, intelligendo intra se, ut dicam tibi, vel hoc tempore, vel quid simile. Et si vir uxore quærat, an sit adulter? ista potest dicere, non sum, quamvis verum fuerit, intelligendo, ut tibi revelem, &c.: *Toler. l. 4. instr. Sacerd. c. 21.* Sed: hoc quantum

quàm alienum ab exemplo Baptistæ est, qui sine omni fraude, & ambiguitatum tricis, tam aperte & constanter confessus est, & non negavit: veritatem non dissimulando, sed & de se & de Christo in apertissimam lucem proferendo. Absint proinde illæ fraudum & perjuriarum doctrinæ. In judicia tanquam testes ad ducti vel religionis confessionem edere jussi, sine ullis æquivocationum involucris, nudæ ac simplici veritati patrocinium feramus. Vid. *Dn. Præsid. in loco de lege Dei. f. 178.*

Quæst. II. *An in spiritualibus vires quædam liberi arbitri? Satis audacter Jesuitæ Bartschius & Stapler. hac in re pronunciant, quorum ille: Clare significat Esaias. inquit, cooperationem nostram non possibilem solum sed necessariam esse ad divinæ gratiæ dispositionē &c. p. 348. Dirigere, inquit hic viam Domini, præparare se ad gratiâ Christi, est dispo nere se propriis viribus ad justitiâ per pœnitentiâ. prompt. morali sup. b. Dom. De hac quæstione cum & in præcedentibus *σ. ενθουσι* fuerit actum, breviter jam nervum incidentes dicimus: Sicut ex præcepto Christi ad mortuum: Lazare: veni foras, nullæ mortuo attribuuntur ad resurgendum propriæ vires: ex dictis Zach: 1. v. 3. Ioël. 2. v. 13. Ezech. 28. v. 30 & 31. &c. nulla arbitrio conciliari potest sese convertendi aut *συναγεις* aut *συνεργεια*. Ita nec hoc Esaiæ, Dirigite, quicquam ad rem confert: In omnibus enim his non indicatur, quid homo possit, sed quid Deus efficacibus illis admonitionibus operari in hominē cum possit tùm velit, nisi contumaciter resistat. Igitur manet istud *ἀσφαλδης*: A præcepto ad posse non valet consequentia. Demus hic esse præceptum, at posse nostrum expressè negatur. Ephes. 2. v. 2. Phil. 12. v. 13. Rom. 7. v. 23. & 8. v. 7. 2. Cor. 3. v. 5. In primis de operibus gratiæ præcedentibus perpendatur locus, Rom. 4. v. ult. Dicamus igitur cum Jeremi. cap. 10. v. 23. Scio Domine, quia non est hominis via ejus, nec viri est, ut ambulet & dirigat gressus suos. Et cap. 3. v. 18. 19. Convertite me, Domine, & convertar, ubi tu convertisti me, egi pœnitentiâ.*

Quæst. III. *An Lutherana? Ecclesiæ ministri legitimâ vocatione gaudeant? Detrahere quidem eam Pontificia cohors conatur: in primis ex adducto à Iohanne Esaiæ testimonio, Costler. & Salmeron. Quorum ille: Sanctus Iohannes nunquam fecit miraculum, attulit tamen in medium Scripturam Dei, quæ loquebatur de sua persona: secus heretici: &c. p. 60, Hic: Iohannes sua vocationis invicta argumenta habuit: At heretici*

heretici nulla p. 154. Meritò autem telum hoc in ipsos retorque-
mus, & ut suæ quoq; vocationis & religionis ex Scriptura affe-
rant testimonia, jure postulamus: Interim sic argumentamur;
Quæ Ecclesia super fundamentum Prophetarum & Apostolorum
ædificata, ab illa juxta præscriptum Spiritus S. & praxin Apostoli-
cam vocati ministri vocatione legitima non carent. Sed Luthera-
na (à Luthero nõ autòre sed reformatore sic dicta) non Pontificia
Ecclesia super fundamentum Prophetarum & Apostolorum ædifi-
ta, quorum dogmata & fidem unicè sequitur. Ergò. Sed videamus,
quos suæ assertioni prætextus assuant. *Salm. d. l. Heretici* (quo
nomine Lutheranos indigitat) *nec immediatè nec mediatè sunt vocati*
Non immediatè I. Quia nullum afferunt signū. R. i. Immediata vocatio
hodiè in Ecclesia nemini expectanda, cum careamus & mandato
& promissione (licet in Lutheri reformatione extraordinarium
quendam Spiritus sancti impulsū haud diffiteamur) Igitur lon-
ga probatione non erat opus. Interim 2. De signis & miraculis
quid sentiendum sit, vide alios: Breviter (α) sunt dubia & discretu-
difficilia (β) communia tūm AntiChristo 2. Thess. 2. 9. Matth. 24. v. 24.
Apoc. 13. 14. tūm hypocritis Matth. 7. v. 22. Lucæ 9. v. 49. tūm Pseudo-
prophetis Deut. 13. v. 1. 2. (γ) Non necessaria, cum doctrina non sit no-
va (Aug. l. 22. C. D. 6. 8. Quisquis adhuc prodigia, ut credat, requirit,
magnum prodigium est.) (δ) A quibusdam doctoribus aliena, ut Johan-
ne, Johan. 10. v. 41. (regerit Cost. d. l. I. Attulit tamen Scripturam Dei,
quæ loquebatur de sua persona. Resp. A nobis affertur eadem, & verè
Inst. Iohannes persone, heretici doctrinæ confirmationem afferunt. Resp.
Discrimen nullum: Doctrina ubi divino verbo conformis, de per-
sonis ne sit cura. Addit: De adventu hereticorum & reformatione Eccle-
sie non habetur quisquam in Scriptura. Resp. Imò habetur. 1. In genere
de revelatione AntiChristi. (qui Papa Rom.) 2. Thess. 2. v. 8. 2. In
vaticiniis Apoc. de Luthero. Apoc. 14. v. 6. c. 18. v. 1. 2. & 4. II. Præter hoc
testimonium Scripturæ Iohannes accipit testimonium à Christo, qui magna
miracula faciebat, quod non minùs erat efficax, quam si ipse miracula
fecisset. Resp. Idem testimonium nobis instar omnium mira-
culorum est.) Ergò neque Ecclesiæ veræ, neque ministri veri ve-
ra tunc hæc. II. Contraria traditionibus Ecclesiæ docent. Resp. Si
contrarietatis cum divina veritate inculcare possent, præstaret sevi-
rum, traditionibus verò Ecclesiæ Papalis nos non renesci, ut suos
digne

digitos novit. III. Nullam Scripturam ex veterum Patrum doctrina in-
 tellectam producant. Resp. 1. Nostram in sacris literis fundatam fidem,
 invictè hæcenus à plurimis ostensum. 2. Per Scripturam ex
 Patrum doctrina intellectam quid intelligit? Patres ad Scripturæ
 normam exigendi, non hæc ex illorum doctrina intelligenda. VI.
 Nec vitam Sanctam nec probatos mores. adferunt. R. Vitæ innocentia sa-
 tis apud nos inculcatur, si eveniat contrarium, præter spem fit, neq;
 doctrinæ sed hominibus imputandum. V. Multi exierunt heretici,
 qui plausibiles pluresq; Scripturæ locos pro sua sententia attulerunt, & alii
 vitam habuerunt minus infamia expositam. R. 1. Non ex multitudine,
 sed veritate testimoniorum judiciû ferendum. 2. Hypocrisis &
 externa simulatio, haud rarò pro vera sanctitate venditatur, quod
 exemplo suo ipsi Pontificii comprobant, Pergit: Non mediatè. Quia
 sunt ab Ecclesia hujus rei gratia excommunicati, eorumq; libri ut impii pro-
 hibiti, & igni adjudicati. R. Novimus hoc satis hæcenus experti: sed
 quid vocationis in nostra Ecclesia usitatæ integritati decedit?
 Meminerint a. adversarii, quod satius foret, ad ignem divini verbi,
 quicquid videretur ipsi contrarium, probare & expurgare, quàm
 flammis & ustulationi, cui aliàs ex Scripturis obviam iri non po-
 test, tradere. Hæc de iis, quæ in hoc Evangelio adversarii quæ-
 runt, jam sufficient: plura qui cupit, consulat nostrorum Theo-
 logorum scripta.

Quæst. I V. An Ecclesiæ major autoritas, quàm ullius Prophetæ?
 Costerus sic: Domini sunt verba, inquit, quæcumq; in Esaias legimus, & ta-
 men Esaias tribuuntur: Majorem autem Ecclesiæ autoritatem habet, quàm
 vel Esaias, vel sacrarum literarum Scriptor quilibet: Ipsam justè sumus au-
 dire. Ideo quando hoc aut illud iradi intelligimus, non MINORIS illud aesti-
 mabimus, quàm si diceretur, Esaias hoc scripsit, p. 61. Resp. Esaias & reliqui
 Scriptores biblici duplicem admittunt respectum. 1. Ut sunt mem-
 bra universalis Ecclesiæ 2. Ut sunt Scriptores canonici, sed præ-
 ferentes eis. *Præferunt* 2. Pet. 1. v. ult. Priori tota Ecclesiæ majoris est,
 quàm Esaias, vel aliquis Apostolus solus, quatenus 1. omne totum
 majus & præstantius est qualibet parte seorsim sumta. 2. non mi-
 nus audienda est, quàm Esaias, imò quàm C H R I S T U S.
iple Lucæ 10. vers. 16. scilicet si ductum Spiritus sancti in Scri-
 ptura loquentis sequatur. *Ioh. 8. vers. 51.* Sed hoc isti homines
 non quærent. *Posteriori*, tantum abest, ut etiam veræ, nedum Rom.
 & merc.

& meretriciæ Ecclesiæ hoc possit attribui, ut potius superstructa sit super fundamentum Prophetarum & Apostolorum *Ephes. 2. v. 20. ad Scripturam revocetur Esa. 8. v. 20. Ioh. 5. v. 39. Luc. 16. vers. 29. Scripturis addere aliquid prohibeatur, Deut. 4. v. 2. Apoc. 22. v. 18. & 19. sed pergamus ad alia.*

Quæst. V. *An gynæcobaptismus sic probandus? Negant Calvin. l. 4. inst. c. 16. sect. 20. 21. 22. Epist. 278. & 326. Beza part. 2. qq. quæst. 139. Bucan. instit. loco 47. & in expositione hujus Evangelii Iodocus Nahum p. 48. Nos contra, extraordinariè & in extremo necessitatis casu, quemvis Christianum in articulis religionis rectè institutum, & sic etiam fœminas baptismum administrare posse, Christumq; benedictione sua iis haud deesse, clarè affirmamus. 1. Quia præter hoc nullum aliud regenerationis medium infantibus suppetit, *Iohan. 3. v. 5.* Ab hoc ergo quantum in nobis est, minimè arcendi. 2. Circumcisio (cujus in locum baptismus successit) non semel à fœminis peracta 1. *A zepera Exod. 4. v. 26.* Quod factum non illicitum erat, quia à Deo acceptum; nec temerariæ mulieris, quia id textus non habet, nec singulare fuit, quia 2. *& à mulieribus Israeliticis sub tyrannide Antiochi 1. Macc. 1. v. 63. & 2. Macc. 6. v. 10.* factum, 3. Absolvere, docere, consolari, in defectu ministrorum privatis & mulieribus licitum est: quod Exempla Prophetissarum, tum V. T. *Deboræ Jud. 4. v. 4. Huldæ 2. Reg. 22. v. 14. tum N. T. Hannæ Luc. 2. v. 36. Priscillæ Act. 18. v. 26.* quam Paulus suam vocat *σύντροφον Rom. 16. v. 3. Loidis & Ennicæ, nepotem & filium Timothei instituentium 2. Tim. 1. v. 5.* testatum faciunt: Quidni ergo & baptizare iis liceret, cum 1. sit eadem ratio. 2. docere & baptizare ex mente adversariorum semper sint conjuncta, 3. sint & ipsæ regale sacerdotium 1. *Pet. 2. v. 9.* factæ coram Deo Reges & Sacerdotes *Apoc. 1. v. 6. c. 5. v. 10.* Et in Christo neque mas neque fœmina & c. *Galat. 3. v. 28.* Neque tamen ad sacræ Cœnæ administrationem mulieres admittendas, exinde sequitur: Nam diversa utriusque ratio. Baptismus initiationis: Eucharistia confirmationis Sacramentum est: ille ob mandatum Christi *Iohan. 3.* summe necessarius; hæc ad tantum necessitatis gradum non assurgit, cum adultis in necessitatis casu alia suppetant fidei corroborandæ media, ut promissiones Evangelicæ, *Rom. 1. v. 16. 1. Pet. 1. v. 23. & c.**

Quæst. VI. *An Baptista Iohannis cum Christi per Apostolos administrati baptismate*

baptismate substantia & efficacia idem sit an diversum? Posterius cum Con-
cilio Trid. sess. 7. de Bapt. can. 7. & Bell. l. de bapt. c. 5. v. 20. 21. ample-
antur, & ex nostro textu defendere satagunt Jesuitæ, Costerus,
Staplet. Salmer. Barrad. Lud. Carthus. & in totum omnes Romanæ
Thaidis amalii. Cost. in conc. p. 63. Ego baptizo aqua, h. e. NIHIL
facio, nisi quod aqua naturaliter facit. p. 62. Meus baptismus est ablutio cor-
poris externa sine ulla gratia aut condonatione peccatorum. Staplet. in
prompt. Cathol. Iohannis Baptismus fuit infirmus, inefficax & nuda cere-
monia, ad cog. toto genere distinctus à Baptismo Christi, nullam conferens gra-
tiam aut remissionem peccatorum, sed ad hæc preparabat. Simili loquen-
di modo utuntur reliqui: Quorum dogma repellimus, & nihil hæc
duo baptismata differre, alitrimus: 1. Ex causa efficiente principali,
quæ eadem. Fuit enim Baptisma Iohannis à Deo, Ioh. 1. v. 33. Matth.
21. v. 25. Luc. 7. v. 30. Ergò & à Christo, qui verus cum Patre & Spi-
rito S. Deus. 2. Ex materia, aquâ, quæ eadem, tam in baptismo
Iohannis Matth. 3. v. 11. quàm Apostolorum Act. 8. v. 36. c. 10. v. 47.
3. Ex forma seu baptizandi formula, quæ eadem, tum Apostolorum
Matth. 28. v. 19. tum Iohannis, in nomen I. ejus, qui miserat ad
baptizandum, Iohan. 1. v. 33. qui Deus Pater, Filius & Spiritus S.
2. in nomen ejus, quem prædicavit, Christi, qui totam comple-
ctitur Trinitatem (monente Ambrosio) baptizantis. 4. Ex fine &
efficacia, quæ eadem, regeneratio scil. & remissio peccatorum (li-
cet ratione donorum extraordinariorum Sp. S. & majorem spiri-
tualium donorum copiam, sic accidentaliter quædam discrepantia.)
De Apostolorum baptismo id certum: De Iohannis baptismo pa-
ter. Ex synonymia phrasium, quæ de utroq; baptismo usurpantur,
Luc. 3. v. 3. Act. 2. v. 38. Ex Christi de baptismate Iohannis, tunc
temporis usitato, præconio, Ioh. 3. v. 5. Nisi quis renatus &c. conjun-
ge Luc. 1. v. 77. Act. 18. v. 24. 25. quæ latè tractat Dn. D. Præses de Bapt.
§. 47. & seq. 5. Ex absurdis: Sequeretur enim 1. alio baptismo ca-
pit, Christum, alio membra usum. 2. Christum baptismatis sui
susceptione non sanctificasse nostrum. 3. Non esse unum bap-
tima N. T. 4. Iohannem non fuisse N. T. ἱερέως, nec gratiæ Chri-
sti ἀποδοκίμων. 5. Apostolos à Iohanne baptizatos non salutarem sus-
cepisse, aut acceptum iterasse baptismum. 6. non omnes nos in
unum corpus baptizari, quæ ἄνωμα omnia. Ab adversariis allega-
tis quæ afferuntur, ex vera verborum Iohannis interpretatione fa-
111
112
113

D

cité

eile solvi possunt. Ex eo enim quod Baptismus Iohannis dicitur in aqua, non potest colligi, quod distingvatur à baptismo, qui fit ex aqua & Spiritu. 1. quia *Ephes. 5. v. 25.* etiam Apostolor. baptis-
mus dicitur lavacrum aquæ. 2. imò dictum *Ioh. 3. v. 5.* de baptismo Iohannis tunc vigente à Christo prolarum.

Quæst. VII. *An baptisus hominè regenerationem & salutem conferat?*
Hic tenus Orthodoxa Ecclesia pià simplicitate credidit, & ardenti zelo propugnavit, baptismum (ut cau. à instrumentalem, ex divina ordinatione, non ex vi naturali) operari remissionem peccatorum, liberare à morte & Satana, & conferre æternam salutem credentibus, ut D. Lutheri Catechismus minor non sine solidis Scripturæ fundamentis ut *Ioh. 3. v. 5. Eph. 5. v. 25. Tit. 3. v. 5. 1. Pet. 3. v. 21 Marc. 16. v. 26.* asserit. His verò verbis lituram minantur, & item indicunt Calvinii assecla. Ita enim *Iod. Nahum.* ex verbis: Ego baptizo aqua, in nos invehitur p. 43. *Considerent hoc dictum probè, qui vim salvandi baptismo tribuunt* Errursus: *Non elementis exempli & Sacramenti tribuendum, quod Christi est. Sacramenta non absolvunt à peccati, sed iustitiam imputatam obsequant Rom. 4. v. 11.* Hinc Iohannes dicit, se præbere externum Sacramentum, non baptizare in ernè, sed id unicum Christum præstare. Quid ad argutias has sit respondendum, facile apparet, si ad sensû verborû Iohannis genuinû attendamus, in iisq; non Iohannis administrationem externam ab interna operatione divelli, sed inter duo baptismatum genera discrimen constitui, consideremus. Ad verba Nahum dicimus: Externis elementis vim Christo propriam non attribuimus, interim illum per baptismi aquam verbo Dei comprehensam tanquam salutis medium, efficaciter operari, cum Scriptura statuimus. 2. Sacramenta iustitiam imputatam obsequantur: Obsequantur præsupponit rem, quæ obsequantur: quod enim nihil est, obsequantur non potest. In infantibus obsequantur iustitia. Ergo infantibus ea collata. Aut ergo per baptismum, aut per aliud medium. Non hoc, Scriptura enim unum tantum novit *Ioh. 3. v. 3.* Ergo per baptismum.

Quæst. VIII. *An minister Ecclesie utramq; materiam in Sacramenti distribuatur?* Ex eadem Iohannis response Piscator Herbor. comm. h. l. *minister tantùm terreni elementi dispensationem competere nungatur.*

gatur, *Christum autem intus implere, quod minister exterius figuret.* Fundamento eo nicitur, quod Iohannes se baptizare aqua dicat. Verum hoc quidem dicitur, attamen sola aqua baptizare, ubi scriptum extat. Nos à Spiritu sancto in Scripturis aliud edocti, integrum Sacramentum à Christo institutum, hoc est, terrestrem & cœlestem materiam, sacramentaliter unitas, ministrum dispensare asserimus. 1. denegaretur enim aliàs omnis ministerio efficacia: quomodo ergò erit ministerium Spiritus sancti 2. Cor. 3. v. 3. quomodo minister *in nobis* 1. Cor. 4. v. 1. 2. nudi hominis actio esset divinum Sacramentum, quod falsum 1. Thess. 2. v. 13. Igitur 3. Quæcunque Christus in institutione Sacramentorum voluit esse conjunctissima, illa minister distribuit. At Christus terrestrem & cœlestem materiam unione sacramentali voluit esse conjunctissimas. Ergò & terrestrem & cœlestem materiam, minister distribuit. *Dei dicitur.*

Quæst. IX. *An res terrena baptismi sit sola aqua?* Quod baptismus in aqua & per aquam fieri debeat, ac proinde nulli hominum liceat, hoc externum elementum mutare, atque aliud quiddam substituere, confirmatum damus. 1. *Exemplum tum Iohannis, non nisi aqua baptizantis: Ego baptizo aqua, inquit hic, (Conjungatur mandatum Dei Baptizæ factum, Ioh. 1. v. 33.) tum Apostolorum Act. 8. v. 36, c. 10. v. 47. 2. Verbis Christi Ioh. 3. v. 5. Pauli Eph. 5. v. 26, 3. Typis, quales sunt aquæ diluvii, 1. Pet. 3. v. 20. 21. aquæ maris rubri, 2. Cor. 10. v. 2. 4. Vaticiniis Ezech. 36. v. 25. Zach. 13. v. 1. Contrarium asserunt Beza volum 3. p. 196, Greg. de Valent. tom. 4. disp. 4 q. 1. &c. Quibus hoc unum hac vice opponimus: Nulla pars essentialis sine mutatione essentia mutari potest. Aqua est pars substantialis baptismi. E. Minorem concedunt ipsi adversarii. Vid. Trele. pag. 189. inf. Bellarm. d. 1. de Bapt. c. 2. p. 215. Cost. in augment. Enchir. p. 57.*

Quæst. X. *An omnipresentia Christo homini communicata?* Nahum circa verba Iohannis: stat Christus in medio vestrum, Item: Ipse est, qui post me venit &c. *Instituatur hic (inquit) gravis querela contra eos, qui assingunt Christo ejusmodi corpus, quod omnia loca repleat. Certè qui ubiq; est, ex loco in locum migrare nequit. v. 26. & 27. Quantitativæ cujusdam extensionis corporis Christi introductionem hic nobis assingi, quis non vider? à qua tamen sumus alienissimi, potentissimam potius ac præsentissimam cœli & terræ, imprimis verò Ecclesiam* *gu.*

sã gubernationem, Christo secundum humanam naturam ex vi
 unionis hypostaticæ & exaltationis ad dextram Dei competere,
 asserentes. Ad quam majestatem cum humana Christi Natura post
 exaltationem sit evecta, à præsentia locali & à statu exinanitionis,
 ad omnipræsentia istius negationem argumentari inconueniens
 est. Fundamenta, quibus nostra hæc superstructa confessio alibi
 suppeditantur. Hac vice adversarios hoc urgemus syllogismo:
 Ubique; Christus ut *ὄντων* præsens est & dominatur, ibi etiã
 ipsius humana natura præsens est & dominatur, sine ea enim ut
ὄντων præsens non esset. Atqui Christus ubique ut *ὄντων*
 præsens dominatur. E. & humana Christi natura ubiq; præsens est
 & dominatur. Præmissas qui negat, aperte unionem personalem
 solvit, & sessionem ad dextram Dei negat. Addimus 1. divinam
 promissionem *Matth. 18. v. 20. & 28. v. 20. 2.* super omnes cœlos eve-
 ctionem, *Hebr. 7. v. 26: Eph. 4. v. 10. 3.* Omnium deniq; locorum et-
 am subjectionem, *1. Cor. 15. v. 27.*

Q. XI. An Christus sit verus Deus? Arius (ut ex Ambrosio lib. 4. de
 fide c. 3. Centuria Magd. 4. col. 328. refert) eandem sententiam, sed ita ad
 suam opinionem pertrahere solitus est: *Post me venit, qui ante me factus est.*
Ergo Christus non fuit coæternus cum Patre, nec æqualis Patri nec
verus Deus. Sed imposuit ipsi vel vitiosa versio, factus est, pro fuit:
 Vel sinistra verborum interpretatio, vid. th. 27. Nihil ergo hæc
 Iohannis locutio contra rãm perspicua testimonia de Deitate &
 æternitate Christi, quæ alibi extant, *Mith. 5. v. 2. Ioh. 1. vers. 8. & seqq.*
Rom. 9. v. 5. Ioh. 5. v. 20. &c. efficere potest. Hac vice contra illos &
 Neophotinianos, Christum de summo divinitatis throno derru-
 dere nitentes, ex Evangelio & subsequ. vv. tale producimus argu-
 mentum: Quicumque ita est Filius Dei, ut 1. prior sit Iohanne et-
 iam post eum natus. 2. nomen Iehova simpliciter ei competi-
 3. baptizet Spiritu S. (quæ missio in tempore est manifestatio pro-
 cessionis sine tempore) 4. Infinitum peccatorum nostrorum onus
 sustineat & expiet. 5. imò unigenitus à Patre appelletur, is & è sub-
 stantia Patris genitus, & æternus Deus est. Atqui Christus est Fi-
 lius Dei, v. 34. itã ut 1. prior sit Iohanne, etiam post ipsum natus,
 v. 22. conjunge *Ioh. 8. v. 58. 2.* Nomen Iehovæ simpliciter ei com-
 petat, v. 23. (ubi Iehovæ præparari viam à Iohanne dicitur. At Chris-
 to ea præparatur, vid. *Esa. 40. v. 3. Mal. 3. v. 4. & 6. v. 5. 3.* baptizet
 Spiritu

Spiritu sancto v. 33. 4. Infinitum peccatorum nostrorumonus sustineat & expiet, v. 29. 5. denique unigenitus a Patre appelletur, v. 32. E. Christus est substantia Patris ab æterno genitus, & æternus Deus est.

Quæst. XII. An tropus aliquando sit in conjunctâ oratione? Ultimo in agmine collocamus *Piscatoris Herborn.* effatum, non in singulis modò, sed conjunctis etiam vocibus, adeoq; tota phrasi, tropum collocans. Exempli vice ab ipso tum alia phrasès, tum hæc: *Cujus ego non sum dignus, ut solvam corrigiam calceamentorum:* adducuntur. Sed Rhetorum præceptis vim facit. Tropus, definitore *Quintiliano* l. 9. c. 1. est dictio, ab eo loco, in quo propria est, translata in eum, in quo propria non est. *Vel l. 8. c. 6.* est mutatio vocis, à propria significatione in aliã. Si igitur tropus est dictio, non erit dictionum coacervatio: Si est mutatio unius vocis, non erit in Phrasi integra. In adducta igitur *λέξις*, non modificatio Rhetorica, sed periphrasis Logica est, abjectissimum & vilissimum designans ministerium. Tantum de presenti textu.

Propositiones quædam erroneæ à Postillis Pontificiorum nonnullor. super hoc Evangelium collectæ.

- I. Sacerdos mediator tuus est inter Deum & homines, qui pro toto mundo corpus Domini nostri consecrat, Patri cœlesti offert, & Christianis subministrat. *Coster. p. 47.*
- II. Quando hæretici dicunt, fidem in Ecclesia adulteraram fuisse ultra annos 800, aut 900. Christum etiam orbant Sponsa sua, & regno, & sic faciunt eum in promissis mendacem. Ubi enim falsitas, ibi nulla fides, & p. con. nec Ecclesia sancta. *Id. p. 62.*
- III. Johannes in profunda solitudine plus 30. annis ignotus mansit. *Idem p. 39.*
- IV. A Luthero, novum Christum, quàm Apostoli per suos discipulos de manu in manum transtulerunt, introduci, idem ineptit. *p. 42.*
- V. Hæretici cœli viam valde laram faciunt, dum nihil ad salutem, quàm fidem exigunt. *Idem p. 44.*

D. 3.

VI. Do--

94 A 7385

ULB Halle
002 728 095

3



VD17



1. An der ...
2. ...
3. ...



Inches
Centimetres

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



TIO
min. IV.

D E

R HARDO
OFESSORE

utore perpetim

ffita

L ASSIO

mbris.
XVI.

MANNI.

4

